

reges inter se rixam in pluribus climatib<sup>9</sup>. Et si fuerit retrogradus erit fortius ad hoc: et significat multitudines deceptorum et latronum et adulterorum et erit rixa in climate babilonie et nocumentum consequens bestie: et fortius in habetibus pilos: et pestilentie aduenient lupis cum durabilitate caloris et vehementia eius et permutentur a loco suo. et si non fuerit in angulo et ipse sit aspiciens ascendens directi cursus significat iniurias quam faciet gens sibi adiuicem: et consequentur regiones signi in quo est in □ et opposito aspectu nocumentum sibi q<sup>o</sup> premissimus. et si fuerit retrogradus erit fortius ad hoc est nocibilis ciuibus regionum signorum que aspiciunt ex □ et opposito aspectu substantie signi et nature eius.

